


8

Nos Joannes heres de Thancin, castellanus
 Cracoviensis. Notum facimus universis pre-
 sentium notitiam habituris. Quod cum coram
 serenissimo principe et Domino nostro, Do-
 mino Vladislao rege Poloniae, venerabilis ac
 religiosus vir frater Michael prepositus
 monasterii miechoviensis, cum suo conventu
 querulose proposuissent. Quomodo quidam of-
 ficiales seu custodes silvae regalis dicte vul-
 gariter Glogow, ipsum prepositum, et mona-
 sterii sui homines impediabant et impediunt,
 in silva monasterii dicta Popowlasz, et rubetis
 eidem silvae adiacentibus, nec non in ru-
 betis villa Petrozyce, cum silva Glogow pre-
 dicta confinantibus ac etiam in silva dicta
 Sirzini, et rubetis circa adiacentibus ipso-
 rum homines in eisdem silvis et rubetis a-
 restando, impignorando, et pecunias ab
 eis indebitate extorquendo, super quibus
 gravaminibus et iniuriis predictus pre-
 positus et conventus ipsi domino regi de-
 vote ac humiliter supplicaverunt, ut ipsis
 de oportuno remedio misericorditer provi-
 dere dignaretur. Qui quidem Dominus rex
 Victorum prepositi et conventus devotis
 supplicationibus inclinatus, volens bona di-
 cti monasterii in suis iuribus et limitibus
 plenius conservare, de consilio baronum suo-
 rum nobis, et Joani procuratori Cracovien-
 sis dedit in mandatis, ut in dictam silvam
 regalem Glogow, et silvam monasterii di-
 ctam Popowlasz, ac inter alia monasterii
 bona hereditaria descendere, et limites in-

ter easdem silvas dudum factas videre, et
conspicere deberemus. Nos vero mandatis
ipsius Domini regis firmiter obedire cu-
pientes, assumptis nobiscum quibusdam
terre nobilibus infrascriptis, ad silvas pre-
dictas Glogow, et Popowlasę personaliter
descendentes. Invenimus ibidem inter eas-
dem silvas notabiles tumulos sine monti-
culos, ex utraque parte publica strada seu
via, qua itur versus Thorun, positos, pro-
gressive usque ad campum hereditatis Pstro-
syce monasterii miechoviensis, quam silva
Popowlasę cum rubetis eidem adiacentibus
per eosdem monticulos seu granities, sive
limites manifeste erectos cognovimus
ad villam Uniewo dicti monasterii ab an-
tiquis retroactis temporibus pertinuisse,
et pertinere. Ceterum alios limites vidi-
mus, inter eandem silvam regalem Glogow,
et villas Pstrosyce et Podlesna Wola di-
cti monasterii, ubi confinant rubeta earun-
dem villarum cum silva supradicta rega-
li, que etiam rubeta his nominibus vulgari-
ter nuncupantur. Camona, Cziborow, Laszek
Mostki, Sadowlasek et alia rubeta adia-
centia via, qua itur ad Kostow, et via que
dicitur Niewiewia Droga, et via que dicitur
Magnusłowa Droga, iuxta partem silve
regalis Grabie. Hęc predicta rubeta sic
suis nominibus denotata, extendunt se pro-
gressive in qualibet sua parte ad nigrum
ramum ducendo, vulgariter pro Czarna-
rozyę dicta silva Glogow. Que silva vi-
delicet Glogow confinatur rubetis eidem
circumdans ea, et sic ubique iuxta sil-
vam limitantur et terminantur per nigrum


ramum



41.

ramum, quod vulgariter dicitur Clarnaroz,
ga. Ideo eadem rubeta taliter denominata
presenti litera inserere voluimus, ne in po-
sterum monasterium seu ipsius homines a-
liquas iniurias a silvanis, sive a silva pra-
dictae custodibus, vel ab aliis quibuslibet
officialibus, aliquas iniurias, aliquibus colo-
ribus et occasionibus, in bonis propriis, per
silvanos supra dictos malitiose adinventis
patiantur. Et quia notabiliter et manifeste
cognovimus eadem rubeta ad supra dictas
hereditates sive bona monasterii ab anti-
quo pertinere. Insuper venientes ad silva
monasterii praedicti dictam vulgariter
Syrzyny cum rubetis adiacentibus quae sil-
va confinatur in una parte cum silva rega-
lis Stogow, et cum merica villa De Thocko-
tow, invenimus ibidem et vidimus inter ean-
dem silvam regalem cum merica De Thocko-
tow et silvam praedictam monasterii Syr-
zyny magnos et alios tumulos seu monticu-
los supra terram elevatos omni prorsus
vitio carentes, prout et in aliis locis su-
perius expressatis per nos ferat inven-
tum. Quam quidem silvam Syrzyny cum
rubes eidem adiacentibus, per eosdem tu-
mulos seu monticulos antiquitus factos,
ad villam monasterii Strzetow sic nuncu-
patam cognovimus veraciter pertinere.
Quibus quidem limitibus graniciibus
seu gadibus, cum summa diligentia, sic,
ut praefertur, visis, consideratis et suspe-
ctis, auctoritate memorati domini nostri
regis Vladislai, nobis in hac parte com-
missa, praedictos limites seu granities,
tanquam veros et iustos, superius feria-

Fim



sim enumeratos et descriptos, tenore praesentium ratificamus, approbamus et confirmamus per ipsum monasterium miechoviense habendos, tenendos, et perpetuo ac pacifice possidendos. In quorum omnium testimonium et plenioram evidentiam, nostrum sigillum praesentibus est appensum. Datum Cracoviae sabbato proximo post diem beate Lucae evangelista, anno Domini millesimo quadringentesimo. Praesentibus hiis testibus ac terra nobilibus, videlicet Domino Joanne procuratore generali terre Cracoviensis, Spithone De Sedlec, Joanne dicto Nassan herede De Ostrosze, Ptaza De Wierzchowiska, Andrea Charznicka archidiacono Kurzelowiensi Dzierzhone De Marcinhowice, Mathia De Jurzyhowice heredibus, Joanne viceprocuratore De Zarnowice, et aliis quam plurimis fide dignis.

